v. RADOWITZ

PR. ST. BIBLIOTHEK BERLIN

64.

98.

S. D. mi [illegible]. Salvus redij domum a Bonna et Franco-
fordia: quae in dioecesi Coloniensi sustinuerim, haud dubie per
Bucerum intellexisti. Summa, istud psalmi decies libet et
apposite. Transivimus per ignem et aquam, sed tu deus eduxisti
nos in refrigerium. Vicimus itaque fastus non potui non scribere,
ut scires me vivere ac valere. Optimus vir dominus Christophorus
[illegible] vocarat ut a febri ad vos veniret mutaturus aera. Id
etiam nisi peregrinatio Col. obstitisset lubens fecissem. Et
differri potuit in proximam aestatem. quamquam ita animo teneam
Basileam, ut si aliquid fructus esse in ipsa speram per me effici posse
fieri, lubens ascenderem. Dominus Iesus in tanta inopia ministrorum
idoneorum, oro vos servet diu incolumes. Augustani liberaliter
habent [illegible] aliquem. quorsum magna in caritate D. Paulus Phrygio
dictus Tubingae mortuus. parrochia mea [illegible] vacat Capito
praefuit adhuc vacat. At imminent valde periculosa tempora
ducto in Germaniam externo milite, ut nisi deus misereatur
in gravi discrimine Religio, studia et Libertas quae reliqua est
ventura sint. Saepe subit memoriam Graeciae sub Philippo
quae in historia legitur. Vidi tandem succumbere
veteres libertates gloriam amittentes metu Philippi Regis.
Clamemus ad deum et hortemur ad resipiscentiam dum tempus
est. Bene vale. et inquire quanti illic apud typographos
venales sint libri. et rescribe. Argent. 25. Septemb. 1543

1 Biblia nostri

2 Epiphanius. qui Francofordij
[illegible] fuit [illegible]

Tuus studiosiss.
C. Hedio

Ornatissimo viro D.
Osualdo Miconio
pastori Ecclesiae
Basilien. suo
maiori observando

Basel.

Caspar Hedio
1543